



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 888. Usque Ad Annum 1000

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1761**

**VD18 90117921**

§. 33. Hungari in Italia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66313](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66313)

## §. XXXIII.

Sæculum IX.  
A. C. 900.*Hungari in Italia.*

**H**ungari, novum Barbarorum genus, ab extrema Scythia advectum, annis abhinc decem, nempe anno octingentesimo octogesimo nono Imperium Francorum infestare cœperant. Primo Pan- *Règin an.* 889. noniam & Avarum Regionem ingressi feris venatione captis & piscatu sustentabantur; inde brevi in Carinthiam, Moraviam & Bulgariam effusi sunt. Sagittis maxime hostes configebant, quos certissimo iictu feriebant, non urbium obsidionem struere, non cominus dimicare docti, sed telis in adversam aciem excussis uno momento spargebantur in diversa. Sive proficiscerentur, sive subsisterent, sive consultarent, semper equo insidentes. Caput radebant, crudas carnes stomacho ingerebant, potabant sanguinem, corda captivorum suorum dissecta, medicinæ loco comedebant. Ceterum nec viri, nec feminæ ulla pietate movebantur, homines taciturni, manu quam lingua promptiores. *Luitpr. L. I.* c. 5.

Gentem barbarem & infidelem primo Rex Arnulphus, ad reprimendum Zwentiboldum, Moraviæ Ducem, qui a se defecerat, auxilio sibi in bello futuram evocavit; unde non vana erat Moravorum querela.

G 2

Haud

Sæculum IX. Haud diu post Hungari in Bavariam  
A. C. 900. indeque in Italiam penetrarunt, quo men-

*Chr. Nonan.* se Augusto anno octingentesimo nona-  
*ap. Mab.* gesimo nono pervenerunt. Vigesima

*Sæc. 5. p. 114* vero quarta Septembris Christiani oc-

*Mar. Chr.* currentes, ad Brentam amnem civitatis

889.

Patavinæ mœnia alluentem commissa  
pugna, ingentem cladem acceperunt,

multa Christianorum millia tum cæsa,

tum fluctibus hausta. Complures etiam

*Luitpr. lib.* Comites & Episcopi occubuerunt. Lui-

*ll. c. 4. 5.* tardum Episcopum Vercellensem, olim

Carolo Crasso in paucis carum, cum suo

thesauro fugientem, immensa pecunia

vi direpta, capiunt & interficiunt. Cum

Nonantulam in Ducatu Mutinensi per-

venissent, Monachorum partem truci-

darunt, Monasterium & permultos li-

bros igni tradiderunt, & cuncta, quæ lo-

co moveri poterant, avexerunt. Ab-

bas, cui nomen Leopardus, arrepta fu-

ga cum ceteris monachis aliquamdiu

delituit; exinde vero rursus collecti Mo-

nasterium & Ecclesiam restaurarunt.

### §. XXXIV.

#### *Ecclesia Constantinopolitana.*

*Epist. 2. to. 9.* Joannes IX. Papa datus ad Stylianum E-

*Conc. p. 494.* piscopum Neocæsariensem literis, con-

stantiam virilem, qua semper Schismati-

cis Photianis se opposuisset, laudavit, hor-

tatus, ut eosdem ad Ecclesiam reducere

sata-